



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Originvm Monasticarvm Libri IV.**

**Le Mire, Aubert**

**Coloniae Agrippinae, 1620**

Cap. XIII. De monialibus Ord. Conceptionis B. Mariæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-11249**

monstratensis apud Brabantos pulcherrima,  
egi in Chronico nostro Præmonstratensi, &  
produxi diploma primæ donationis seu fun-  
dationis, ab eodem S. Bernardo signatum.

## C A P V T XIII.

*De monialibus ord. Conceptionis  
B. Mariæ.*

**A**nno millesimo quadringentesimo octo-  
gesimo quarto Conceptionistarum mo-  
nialium ordinem in honorem Conceptionis  
B. Mariæ Virginis Toleti inchoauit Beatrix  
à Silua, nobilissima virgo Lusitana. Utuntur  
autem ex tunica & scapulari albis, ac chlamy-  
de cerulea. Innocentius porrò VIII. Pont.  
Max. rogante Isabella Hispaniæ Regina, Bea-  
trici & sodalibus eius, an. 1489. concessit, vt  
veste & titulo Conceptionis Deiparæ uten-  
tes, sub regula Cisterciensis ordinis, & diœce-  
sani Præfulis obedientia, in posterum Deo  
seruirent. Beatrice anno proximè sequenti  
defuncta, tādem sodales eius anno millesimo  
quadringentesimo nonagesimo quarto, S.  
Clara regulam, sed sub Conceptionis veste &  
nomine, amplexæ sunt. Iulius demū II. Pon-  
tifex ipsas à Cisterciensium ordine eximens,  
Franciscanorum, vt vocant, obseruantium  
curæ anno 1511. commisit, & Franciscus An-  
gelicus, Castellæ Vicarius Provincialis, qui

X 3

post

pōst ordinis Seraphici Minister fuit, ipsis statuta, quæ hodieque seruant, anno millesimo quingentesimo decimo sexto præscripsit. Eodem Francisco Angelico agente, *Marina Cardena*, semina nobilissima, suis opibus in Urbe ad radices montis Capitolini, titulo S. Mariæ Libera nos à pœnis inferni, monasterium huius instituti anno 1525. excitauit, & cum alijs de cem mulieribus eiusdem ordinis uestem adsumpsit: ut Gonzaga i. par. hist. Seraph. com memorat.

## CAPVT XIV.

*De Sanctis ex ordine Cisterciensi.*

**S**ANCTOS voco, qui aut Martyrologij tabulis sunt adscripti, aut qui officio Ecclesiastico alicubi coluntur.

**29. Apr.** S. Robertus, Abbas & fundator ordinis Cisterciensis, obiit an. 1098. Sanctorū catalogo adscriptus per Innocentiu II. Papā. Cuius diploma primus (quod equidem sciam) publicauit Andreas Quercetanus in Bibliotheca Cluniacensi, Parisijs anno 1614. edita.

**20. Aug.** S. Bernardus Abbas primus Claræ Vallis, & alter quasi parens ord. Cisterciensis obiit anno 1153. in Diuos relatus per Alexandrum III. anno 1165.

**26. Ian.** S. Albericus, secundus Abbas Cisterciensis.

S. Ber.